

principium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

#### PREFACE OF LENT

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Qui corporáli jejúnio vítia cómprimis, mentem élevas, virtútem largírís et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælórúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítti júbeas, deprecámur, súplici confessiône dicéntes:

#### COMMUNION Luke 12: 42

Fidélis servus et prudens, quem constitúit dóminus super famíliam suam: ut det illis in témpore trítici mensúram.

#### POSTCOMMUNION

Ut nobis, Dómine, tua sacrificia dent salutem: beátus Thomas Conféssor tuus, et Doctor egrégíus, quæsumus, precátor accédát. Per Dóminum nostrum, Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*Lenten Feria: Thursday, 3<sup>rd</sup> week*

Sit nobis, Dómine, sacraménti tui certa salvátio: quæ cum beatórum Mártyrum tuórum Cosmæ et Damiáni méritis implorátur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

hath sprung. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God. Who by this bodily fast, dost curb our vices, dost lift up our minds and bestow on us strength and rewards through Christ our Lord. Through Whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

The faithful and wise servant, whom his lord setteth over his family: to give them their measure of wheat in due season.

In order that Thy sacrifices may render salvation to us, we beseech Thee, O Lord, that blessed Thomas, Thy Confessor and illustrious Doctor, may act as intercessor. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May we be allotted, O Lord, the salvation pledged by Thy sacrament, which we implore by the merits of Thy blessed Martyrs Cosmas and Damian. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

## MASS PROPER: MARCH 7, ST. THOMAS AQUINAS, DOCTOR OF THE CHURCH

MASS (*In médio*) (white)

#### INTROIT Ecclesiasticus 15: 5

In médio Ecclésiæ apéruit os ejus: et implévit eum Dóminus spírítu sapiéntiæ et intelléctus: stolam glóriæ índuit eum. (Ps. 91: 2) Bonum est confitéri Dómino: et psállere nómini tuo, Altíssime. Glória Patri et Fílio et Spírítui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. In médio Ecclésiæ apéruit os ejus: et implévit eum Dóminus spírítu sapiéntiæ et intelléctus: stolam glóriæ índuit eum.

#### COLLECT

Deus, qui Ecclésiám tuam beáti Thomæ Conféssoris tui mira eruditióné clarificas, et sancta operatióne fecúndas: da nobis, quæsumus; et quæ dócuit, intelléctu conspícere, et quæ egit, imitatióne complére. Per Dóminum nostrum, Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*Lenten Feria: Thursday, 3<sup>rd</sup> week*

Magníficet te, Dómine, sanctórum tuórum Cosmæ et Damiáni beáta sollémnitas: qua et illis glóriam sempitérnam, et opem nobis ineffábili providéntia contulísti. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

#### LESSON Wisdom 7: 7-14

Optávi, et datus est mihi sensus: et invocávi, et venit in me spírítus sapiéntiæ: et præpósui illam regnis et

In the midst of the Church he opened his mouth: and the Lord filled him with the spirit of wisdom and understanding. He clothed him with a robe of glory. (Ps. 91: 2) It is good to give praise to the Lord: and to sing to Thy Name, O Most High. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. In the midst of the Church he opened his mouth: and the Lord filled him with the spirit of wisdom and understanding. He clothed him with a robe of glory.

O God, Who dost enlighten Thy Church with the wondrous learning of blessed Thomas, Thy Confessor, and dost make it fruitful with his holy labors, grant us, we beseech Thee, both to understand what he taught and to imitate what he practiced. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May the blessed feast of Thy Saints, Cosmas and Damian, magnify Thee, O Lord, for on this day Thou didst, in Thine ineffable providence, confer on them everlasting glory, and on us the resource of their help. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

I wished, and understanding was given me; and I called, and the spirit of wisdom came upon me; and I

sédibus, et divítias nihil esse duxi in comparatióne illíus: nec comparávi illi lápidem pretiósus: quóniam omne aurum in comparatióne illíus aréna est exígua, et tamquam lutum æstimábitur argéntum in conspéctu illíus. Super salútem et spéciem diléxi illam, et propósui pro luce habére illam: quóniam inextinguíbile est lumen illíus. Venérunt autem mihi ómnia bona páriter cum illa, et innumerábilis honéstas per manus illíus, et lætátus sum in ómnibus: quóniam antecedébat me ista sapiéntia, et ignorábam, quóniam horum ómnium mater est. Quam sine fictiÓne dídici et sine invídia commúnico, et honestátem illíus non abscóndo. Infinítus enim thesáurus est homínibus: quo qui usi sunt, partícipes facti sunt amicitíæ Dei, propter disciplínæ dona commendáti.

**GRADUAL Psalms 36: 30, 31**

Os justí meditábitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur judícium. Lex Dei ejus in corde ipsíus: et non supplantabúntur gressus ejus.

*(From Septuagesima until Easter the Lesser Alleluia is omitted and the Tract is said instead)*

**LESSER ALLELUIA  
Ecclesiasticus 45: 8**

Allelúja, allelúja. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ índuit eum. Allelúja.

**TRACT Psalms 111: 1-3**

Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis. Potens in terra erit semen ejus: generátio rectórum benedicétur. Glória et divítia in domo ejus: et justítia ejus manet in sæculum sæculi.

preferred her before kingdoms and thrones, and esteemed riches nothing in comparison of her. Neither did I compare unto her any precious stone, for all gold in comparison of her is as a little sand, and silver in respect to her shall be counted as clay. I loved her above health and beauty, and chose to have her instead of light, for her light can not be put out. Now all good things came to me together with her, and innumerable riches through her hands. And I rejoiced in them all; for this wisdom went before me, and I knew not that she was the mother of them all: which I have learned without guile, and communicate without envy, and her riches I hide not; for she is an infinite treasure to men, which they that use become the friends of God, being commended for the gifts of discipline.

The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment. The law of his God is in his heart: and his steps shall not be supplanted.

*(From Septuagesima until Easter the Lesser Alleluia is omitted and the Tract is said instead)*

Alleluia, alleluia. The Lord loved him and adorned him: He clothed him with a robe of glory. Alleluia.

Blessed is the man that feareth the Lord: he shall delight exceedingly in His commandments. His seed shall be mighty upon earth: the generation of the righteous shall be blessed. Glory and wealth shall be in his house:

**GOSPEL Matthew 5: 13-19**

In illo témpore: Dixit Jesus discípuulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanúerit, in quo saliétur? Ad níhilum valet ultra, nisi ut mittátur foras, et conculcétur ab homínibus. Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscóndi supra montem pósita. Neque accéndunt lucérnam, et ponunt eam sub módio, sed super candelábrum, ut lúceat ómnibus qui in domo sunt. Sic lúceat lux vestra coram homínibus: ut vídeant ópera vestra bona, et gloríficent Patrem vestrum, qui in cælis est. Nolíte putáre, quóniam veni sólvete legem aut prophétas: non veni sólvete, sed adimplére. Amen quippe dico vobis, donec tránseat cælum et terra, ióta unum aut unus apex non præteríbit a lege, donec ómnia fiant. Qui ergo sólverit unum de mandátis istis mínimis, et docúerit sic hómines, mínimus vocábitur in regno cælórum: qui autem fecérit et docúerit, hic magnus vocábitur in regno cælórum.

**OFFERTORY Psalms 91: 13**

Justus ut palma florébit: sicut cedrus, quæ in Líbano est, multiplicábitur.

**SECRET**

Sancti Thomæ Confessóris tui atque Doctóris nobis, Dómine, pia non desit orátio: quæ et múnera nostra conciliet; et tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*Lenten Feria: Thursday, 3<sup>rd</sup> week*

In tuorum, Dómine, pretiósá morte justórum sacrificium illud offérimus, de quo martyrium sumpsit omne

and his justice remaineth forever and ever.

At that time, Jesus said to His disciples: You are the salt of the earth. But if the salt lose its savor, wherewith shall it be salted? It is good for nothing any more but to be cast out, and to be trodden on by men. You are the light of the world. A city seated on a mountain cannot be hid. Neither do men light a candle and put it under a bushel, but upon a candlestick, that it may shine to all that are in the house. So let your light shine before men, that they may see your good works, and glorify your Father Who is in heaven. Do not think that I am come to destroy the law or the prophets. I am not come to destroy, but to fulfill. For amen I say unto you, till heaven and earth pass, one jot or one tittle shall not pass of the law, till all be fulfilled. He therefore that shall break one of these least commandments, and shall so teach men, shall be called the least in the kingdom of heaven. But he that shall do and teach, he shall be called great in the kingdom of heaven.

The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up, like the cedar of Libanus.

May the holy prayer of St. Thomas, Thy Confessor and Doctor, fail us not, O Lord: may it render our offerings acceptable, and ever obtain for us Thy pardon. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

We offer Thee, O Lord, in the meritorious death of Thy Saints, this sacrifice, from which alone martyrdom